
HVNGA RIA.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio
Miliaria Hungarica communia
Moraviae pars
Austrie
Rusie pars
Cumanus Campus
Marons Campus
Bachmeghe deserta
Im Schumat
Im Sigeth
Bosnie pars
Balaton lacus

HVNGARIA

REGNVM.

- Rex *Hungariæ regnum suū administrat duorum Magistratuum auxilio, qui sunt,*
  - Sublimior *qui in tres Magistratus diuiditur*
    - *1. Gubernās regnū Regis nomine in quo sūt*
      - *Palatinus Regni, qui proximus à Rege est, & Regis ipsius, sicubi accusatur, Iudex ordinarius existit, quem regnicolæ communi voto eligunt, nec hæreditarium est officium.*
      - *Iudex Curiæ, qui est vnus ex Iudicibus Regni ordinarius.*
      - *Cancellarius*
        - *Perpetuus, qui est Metropolitanus Strigoniensis, qui & Primas Regni, & summus Secretarius nominatur, ac prærogatiuam habet electum Regem inungendi, & sigillo maiore priuilegia munit.*
        - *Arbitrio Regis assumptus, qui cæteras literas minores, & potissimum mandata Regia, & in causarum distinctione datas munit, decretisque Regis subscribit.*
      - *Magister Curiæ, Regis comitatum sequi cogitur, & eiusdem intimus Consiliarius habetur.*
      - *Tauernicorum regalium Magister, aurifodinarum, salinarumque, & breuiter earum ciuitatum, pagorumque, ac castrorum causas distinguit, quæcunque ad Fiscum regium pertinent.*
    - *2. Iudicia tractans, in quo officiarij*
      - *Tres maioris autoritatis*
        - *Vicepalatinus Regni.*
        - *Iudex Personalis præsentiæ, qui & Regiæ Maiestatis in iudicijs locum tenet, & Iudicibus præest.*
        - *Viceiudex Curiæ.*
      - *Minores, qui ministeria magis iudiciorum quàm magistratum exercent.*
        - *Protonotarij duo Iudicis Personalis præsentiæ.*
        - *Protonotarius Vicepalatini.*
        - *Protonotarius Viceiudicis Curiæ.*
        - *Hi omnes Magistri passim appellantur, habentque in laboris consortium adiunctos hos sequentes:*
        - *Secretarium Archiepiscopi Strigoniensis, qui est director causarum Regalium, & Fiscalis dicitur.*
        - *Duodecim Assessores.*
        - *Notarios aliquot iuratos, omnes stemmate nobili ortos, qui proprio loco à cæteris semoto assident.*
    - *3. Ministrās Regi*
      - *Thesaurius Regis.*
      - *Cubiculorum regalium Magister.*
      - *Agazonum regalium Magister, quem Stabuli Magistrum Germani vocant.*
      - *Dapiferorum regalium Magister.*
      - *Pincernarum regalium Magister.*
      - *Ianitorum regalium Magister.*
      - *Et alia minora officia.*
  - Minor *qui est in singulis locis iuridicis. Porrò quia regnum amplissimū est, neque à minoribus iudicijs confluere oēs in Curiam possunt, nec Curia tot querulantib. sufficit, cōstituti sūt per prouincias iudicia particularia, coram quib. prima instātia causæ decidūtur, quos Comitatus Hungari dicūt suntque hi,*
    - *Supra Danubium ad Occidentem Tibisci flu.*
      - *Posoniensis, Comariensis, Trauchimēsis, Turoczensis,*
      - *Nitriensis, Liptoniensis, Barsiensis, Onuizoli,*
      - *Cepusiensis, Nouigradiensis, Hontensis, Tornensis,*
      - *Gevvinariensis, Abauiuariēsis, Borsodiensis, Hevvesiensis,*
      - *Posthiensis, Bathiensis, Bodroghiensis, Z olnocensis,*
      - *Semliniensis, Vnghensis, Peregiensis, Moramarusiensis.*
    - *Supra Danubiū ad Orientē Tibisci*
      - *Vgoghiensis, Z atmariensis, Zabolciensis, Torantaliensis,*
      - *Biboriensis, Orodiensis, Chonadiensis, Temesiensis.*
    - *Inter Danubiū & Drauum flu.*
      - *Musunensis, Rhab siue Iauriensis, Sopronìensis, Castriferrensis,*
      - *Z aladiensis, Vesprinìensis, Albensis, Pelisiensis,*
      - *Tolnensis, Strigoniensis, Sinigiensis, VVaraniensis.*
    - *Inter Drauum & Sauum flu.*
      - *Valkonensis, Syrmiensis, Posegiensis, Z agrabiensis,*
      - *Risiensis, VVarasdiensis.*

Administratio Ecclesiastica *penes duos est Archiepiscopos, qui sunt*

- *Gran, vel Strigoniensis, legatus Apostolicus & Primas regni. Habet sub se Agriensem, Vaciensem, Nitriensem, Quinqueecclesiensem, Vesprimensem qui Cancellarius est Reginæ, quam etiam coronat, & Iauriensem vulgò Rab, Episcopos.*
- *Colocensis siue Colotz, sub quo sunt Z agrabiensis, Transiluaniensis, Voccadrensis, Suiniensis, Visemburgensis, Cenadiensis siue Chonad, Bosnensis.*

Hæc ex VVolfgangi Lazij tabula Hungarica desumpsi. Quia verò omnia ad gubernationem & regimen Regni pertinent, opinor alium etiam Statum esse inter Principes & Vrbes Regni, qui ad conseruationem, vtilitatem, necessitates, & tuitionem regni pertineat, quem cùm ignoremus adferre nequimus.

Medius meridianus 42 30. ad quem reliqui inclinantur iuxta rationes 46 & 48. parallelorum ad circulum maximum.